

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1597

Autre(s) référence(s) : Fauroux 153 / Tabuteau 221

Auteur(s) : Robert, Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye, abbé)

Bénéficiaire(s) : Nicolas, fils de Baldricus [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1047-1063]

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard approuve et souscrit l'acte par lequel Robert, abbé de Saint-Wandrille, fait consigner par écrit l'acquisition de la terre de Lébécourt, vendue par Nicolas, fils de Baldricus. Sur le conseil de Guillaume, l'abbé restitue à Nicolas le tonlieu de Guitry.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 224-225.
- b. Depoin Joseph, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Martin de Pontoise publié d'après les documents inédits*, Pontoise, Publications de la Société historique du Vexin, 1895-1909, n° 527, p. 369 (extrait).
- c. Génestal Robert, *Le rôle des monastères comme établissement de crédit étudié en Normandie du XIe à la fin du XIIIe siècle*, Paris, Rousseau, 1901, appendice I (gages), n° XX, p. 229.
- d. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 27, p. 72.
- e. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 153, p. 336-337.

Dissertation critique

Abbatia de Robert, abbé de Saint-Wandrille, 1047/1048-1063 (FAUROUX, p. 337).

Texte établi d'après e

Quia fragilitas humana multis subjacens casibus in momento deficit et cito labitur actumque perinde nostrorum memoria paulatim exolescit et perpetue oblivioni traditur, opere precium est et ut quicquid futurorum noticie procuratur literarum apicibus annotetur, ut res labilis et omnino obnoxia oblivioni utcumque figatur et future mandetur posteritati. Unde ego Robertus, cenobii Fontinellensis indulgente divinitate abbas constitutus, calliditatem filiorum seculi precavens et prejudicia que ubique fiunt graviter metuens, ac per hoc filiorum lucis quibus auctore Deo presum simplicitati consulens et utilitati in posterum non irrationabiliter propiciens, emptionem terre que dicitur Lebecors quam feci a Nicholao Baldrici filio, coram uxore sua Geretrude filiisque et fidelium multis, presentibus literis annotare feci et carte hujus conscriptione teneri ut presentibus sit contra perfidorum surreptiones et violentias firmitatis testimoniale iudicium fiatque futuris contra adversariorum commenta fallacia et insolentes insidiarum tendiculas evidens veritatis monumentum ; prius quidem pro ipsa terra, consilio fratrum usus,

dedi non parvam pecuniam, id est viginti quinque libras pro vadimonio sub duodecim annorum termino ; deinde vero, supradicto Nicholao petente, duodecim libras denariorum adjeci atque in perpetuum possessionem et alodum Sancti Wandregisili comparavi. Facta sugestione apud comitem Willelmum et accepta ab ipso licentia hujus negociationis, theloneum quoque de villa Kytreya, quod ante tenebamus, pro sex libris reddidi. Hanc igitur cartam principi Normannorum Willelmo presentare curavi quam sue auctoritatis signo firmavit et multi ex principibus suis. S. + Willelmi comitis, S. Nicholeu.